

se gerneret quasi uale utamur
 dicent. deseruando. cor. amicitia
 caritatis ammonerat. quanta
 debuissent concordia inter se
 uniri predicabat. Cum subito
 inter ipsa se exhortationis
 uerba uoce terribili clamauit
 dicens. hora est. Atque assi-
 stentibus ipse suis manibus linteu
 dedit. quod more morientium
 sibi contra faciem tenderetur.
 Quo tenso. spiritum emisit. Sicque
 sancta illa anima ad gaudia eterna
 pueniens. a carnis corruptione
 soluta est. Quem fratrem karissimum.
 quem uir iste in morte sua
 imitatus est. nisi eum quem in
 uita sua fuerat contemplantus.
 Dicens enim hora est. de cor-
 pore exiit. quia et in pace
 omnibus. cum dixisset consumatum
 est. inclinato capite tradidit
 spiritum. Quod igitur dominus ex pote-
 state. hoc egit famulus ex uo-
 catione. Ecce quotidiana hostie
 illa cum elemosinis et lacrimis
 missa legatio. quam cum rege
 ueniente gratia pacem fecit. Re-
 linquat ergo omnia qui potest.
 Qui autem relinquere omnia
 non potest. cum adhuc rex longe
 est. legationem mittat lacri-
 marum. elemosinarum. et ho-
 stiarum iniqua offerat. Vult
 enim placari precibus. qui se

quia portari non potest. Quod
 adhuc in mente habet. legationem
 pacis mittit. Venisset itaque
 si uellet. et cunctos suos aduersarios
 trucidasset. Sed quam terribilis
 ueniat indicat. quia non uult
 inuenire. quos punit. Rectum
 nobis contemptus nostri denuntiat
 dicens. Sic ergo omnes ex uobis
 qui non renuntiat omnibus que
 possidet. non potest meus esse
 discipulus. Et tamen sperandus
 salutis remedium confert. et
 qui per iram non potest ferri.
 per postulata pacis uult legati-
 onem placari. Lauate ergo
 fratres karissimi lacrimis maculas pec-
 catorum. elemosinis tergete.
 facis hostis ex parte. Nolite
 possidere per desiderium. que
 adhuc per usum minime reliqui-
 stis. Spem in solo redemptore
 figite. ad eternam patriam mente
 transite. Si enim in hoc mundo
 nichil amando possideat. etiam
 possidendo cuncta relinquit.
 Ipse nobis gaudia desiderata
 concedat. qui nobis eterne
 pacis remedia contulit. In
 christo domino nostro. qui uiuit et
 regnat cum patre in unitate
 spiritus sancti deus per omnia secula seculorum amen.
Explicit homilia. xxxvii.
Lectiones sancti euangelii secundum mattheum.

